



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XV. St. Cautes Terentij Heautontimorumenos correcta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

antiquum elicio laudandi nouam nuptam: ita enim ferè accinebant. **N V L L A T E H O D I E P R I O R.** Id diligenter obseruauit in Hymenaeo M. Iij doctissimus Catullus:

*Fardet ingenuus pudor.  
Quae tamen magis audiens,  
Flet quod ire necesse est.  
Sed moraris, abit dies:  
Prodeus noua nupta.  
Flere desine, non tibi  
Auruncleia periculum est,  
Re qua femina pulchrior  
Clarum ab Oceano diem*

*Viderit uenientem.*

Quod autem nimias laudes à Nemese vindicari & fascino obnoxias credebant; fescenninos statim adhibebant praefiscini: hoc est, ad arcendum fascino. rectè interpretatur Festus. Id eadem hac fabula narrauit mihi Titianus: nam cum ita laudaret Scatinam virginem pronuba, suæ quæ alia fuit: interpellat altera,

*Paulla mea amabo poltud ad laudem addito  
Praefiscini.*

Ita libri, & nollem virum eruditissimum aliter laudasse. Subiicit Carisius, qui hoc fragmentum conseruauit, explicandi causa: *ne puella fascinetur.*

**C A P V T X V.**

*St. Cautes Terentij Heautontimorumenos correct.*

**HEAUTONTIMORUMENO,** Scena Aini, vulgò legitur:

*Enim verò reticere nequeo, multimodis iniurius*

*Clusio*

Ant. M.  
Varia Le  
LIII  
28

Clitipho est, neque ferri potis est. Clin. audiendum hercle est tace.

Veru secundo neq. numeri pleni sunt, & stultè Clinia silentium imponit Clitiphoni, qui nullus interloquatur, iam quidem. In ms. Coloniensi lego, audiendum hercle est. Clit. quid est, tace. Vnde littera mutata verum me eliciuisse spero.

Clin. audiendum hercle est. Clit. quid? C. St. tace. Cum audiendum Syrum Clinia censuisset, ira adhuc ardens Clitipho, quid, inquit, ego audiam scilicet: que priusquã eloqueretur, Clinia gestu & voce eum exprimit. St, silentij nota propria. Poëta Græcus: *Hairarates, digito qui significat St.*

Scena, Quid isthuc?

Tal heri in vino quàm immodestus fui? Sy. factum.

CH. quàm molestus! Malim, actum. Consternati serui & qui in fallaciis nim manifestus teneatur paucis sermo est. neque ad huc colloquio se miscuit: vt intelligere possimus supparatari eum Chremetæ. Probant & quæ antè dixit, haec res est, perij.

Scena, Ego me non.

M. E. Quid? isthuc times, quòd ille operam amico dat suo

CH. Immo quòd amica. M. E. si dat. CH. an dubium id tibi est.

Dolor Chremetis postulare videtur: ah, dubium id tibi est, & verissimum hoc est ab aliis traditum, inuicem eas particulas sæpissimè mutasse. Ita autem vt scribit, aliàs semper Terentius. suprà hac fabula:

Mille numum poscit. CH. & poscit quidem. s. v. hui

Dubium ne id tibi est? Eunuchus.

Ne id quidem tacebit Parmeno. P. A. ob, dubium ne id est.

D 5

Scena

Scena eadem.

*— in me quiduis harum rerum conuenit,*

*Qua sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbum.*  
 Non moueo controuersiam huic loco: sed distinge-  
 lare nolo in ms. reperire me, *cautes*: non, *cautes*.  
 eam lectionem uideri stabiliri uerbis Chremetis  
 fra hac scena,

*Quot res dedere, ubi possem persensiscete,**Ni essem Lepis.*Notu illud Virgilij de dura & immiti, *Marpesia*

## CAPVT XVI.

*Surdè audire. Surdo narrare. Graca mercede curare. Ita  
 mo non fescuncia. Correctus Pomponius.*

SENTIO me leuiora nonnulla his meditationibus  
 culis adpersisse, & quæ doctioribus fortasse non  
 debentur digna, de quibus admoneantur. Me-  
 men hac sententia est, nihil leue esse, quod iuuen-  
 tem & bonas litteras quodquo modo doceat, neque  
 ut in veteri uerbo est, sit crambe repetita. Quale  
 tean hoc erit, quod notauit illustrando loco Teren-  
 Heautontimorumenos:

*Ne ille haud scit quam mihi nunc surdo narret fabulam.*  
 Prouerbij originem quærebam. Nam Erasmus hic  
 ariolatur, hospitem in surdum incidisse: multa enim  
 diu nequiquam rogasse: eam rem consciis risui ac me-  
 dicitario fuisse. scio ita fieri solere, & nescire malle  
 uerum lubet arbitrari, eum frustra fuisse. Qui alio-  
 rum loquentem parum attenderet, siue recitata  
 mi, siue quod alibi esset: surdè audire uulgò dicitur.  
 Id didici ex Afranio:

*Amentes [quibus animi non sunt] integri, surdè audiunt.*

Inclua